

dorf, 'Eriswilre et ecclesiam eiusdem villę cum omnibus mancipiis suis, allodium in Rigolteswilre, allodium in Zolwilre et in Bovenonowe et in Archnge'. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre aut ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita si non satisfac[tione co]ngrua emendaverit, 'mille libras auri ad kameram regalem persolvat. Decernimus insuper, ut memorata ecclesia uno tantum semper sit advocato contenta, sub cuius protectione omnia que ad¹ ipsam ecclesiam spectare noscuntur in perpetuum defendantur et custodiantur. Cum autem prenominate Oudelardus² qui in presentiarum ipsius advocatus existit ab hac vita³ decesserit, proximus heres ipsius in officium advocatię succedat et ita semper advocato defuncto alius predicto modo succedat. Semel vero in anno familia ecclesię ex consensu abbatis in conspectu advocati, evocata consistat, quatinus de singulis excessibus secundum ecclesię ipsius consuetudinem rationabiliter satisfaciant. Testes autem huius scripti fuerunt: Hermannus episcopus Constantiensis, Ortlabus episcopus Basiliensis, dux Welfo, Bertoldus dux Burgundię, Odackar marchio de Stire, Vhricus comes de Lenzeburh'.

✠ Signum domni Friderici Romanorum Regis⁴ invictissimi ✠ (M.)

'Ego Arnoldus cancellarius vice Henrici Maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi'.

'Dat. apud Ulmam III^o kl. augusti, anno dominicę incarnationis MCLII, indictione XV, regnante Friderico rege glorioso, anno vero regni eius primo'. (SI.)

III.

König Friedrich I. bestätigt dem Kloster Rüggisberg den Besitzstand und seine Unterordnung unter die Abtei Cluny.

Ulm 1152, Juli 30.

Urkunde in Diplomform im Staatsarchiv zu Bern A. Zeerleder, Urkunden für die Geschichte der Stadt Bern I, 43 nr. 3 (unvollständig), Stumpf, Acta imperii inedita S. 477 nr. 335, Fontes rerum Bernensium I, S. 430 nr. 31 (unvollständig), Stettler in Mohr, Schweizerische Regesten I, S. 11 nr. 5, Hidber 1987, Stumpf 3638.

1) 'ad' auf Rasur.

2) 'Ad' vor Oudalardus, durch Punkte getilgt.

3) 'ab hac vita' auf Rasur.

4) Corr. aus 'rex'.